



## **Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

LXXI. Vt obedientes sint sibi inuicem Fratres.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

in Superiores etiam Pralati, à gradu & administratione suspendantur: donec constet verè reconciliatos esse, & officia charitatis sibi inuicem exhibere.

*Vt obedientes sint sibi inuicem Fratres.*

C A P. LXXI.

**O**BEDIENTIAE bonum non solum Abbati exhibendum est ab omnibus: sed etiam sibi inuicem ita obediant Fratres, scientes se per hanc obedientiae viam ituros ad Deum. Præmissis ergo Abbatis, aut Præpositorum, qui ab eo constituuntur imperio (cui non permittimus priuata imperia præponi.) De cætero omnes iuniores prioribus suis omni charitate & sollicitudine obediāt. Quod si quis contentiosus reperitur, corripitur. Si quis autem Frater pro quavis minima causa, ab Abbate vel à quocunque Priore suo corripitur quolibet modo, vel si leuiter senserit animum Prioris cuiuscunque contra se iratum vel commotum quamuis modicè, mox sine mora tamdiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens vsque dum benedictione sanetur illa commotio. Quod si quis contempserit facere, aut corporali vindictæ subiaceat; aut si contumax fuerit, de Monasterio expellatur.

I. (VEL SI LEVITER SENSERIT ANIMVM PRIORIS IRATVM VEL COMMOTVM.) *Hanc iram, vel com-*

M 3      motio

motionem maxime ex iniusta causa. quantum  
potest Superiores euitent. Qui tamen si commo-  
buntur, & ( vt Regula precipit ) eorum infer-  
genus flexi satisfecerint, benignissime ignoscant,  
benedicant sicut Regula dicit.

2. Sit amen eorum excessus pœnitentiam mereri  
nullus eam nisi Prelatus aut aliqui Superiores  
quos spectat iniungere pœnitentias, imponat.

De Zelo bono, quem debent habere  
Monachi. CAP. LXXII.

**S**ICV T est zelus amaritudinis malus, qui  
separat à Deo, & ducit ad infernum: & zelus  
zelus bonus, qui separat à vitiis & ducit ad  
Deum & ad vitam æternam. Hunc ergo  
feruentissimo amore exerceant Monachi  
est, vt honore se inuicem præueniant. In-  
tates suas siue corporum siue morum pœ-  
tissime tolerent: obedientiam sibi cer-  
impendant. Nullus quod sibi vtile iudicatur,  
quatur, sed quod magis alij. Charitatem  
ternitatis casto impendant amore. Deum  
meant: Abbatem suum sincera, & humili-  
ritate diligant. **C**H R I S T O omnino  
præponant, qui nos pariter ad vitam æternam  
perducat Amen.